Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·CCC·iij·

313

et resuit eos dicitq eis. Surgite et nolite timere. Leuantes autem oculos
suos neminem uiderunt nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte
precepit eis dicens. Nemini dixeritis uisionem donec filius hominis a mor-
tuis resurgat. Of. Domine deus salutis mee in die clamauj et nocte coram te. Inter-
oratio mea in conspectu tuo. Dne. Secreta. Presentibus sanctificis dne ieiunii
nostri sanctifica ut quod obseruantia nostra petitur extinsecus. intrinsecus
operetur. Per. Com. Domine deus meus respice in me et miserere mihi. Libera me a omni malo. Eripe
me. Comp. Sanctificationibus tuis opere deus et uitia nostra auferantur
et remedia nobis eterna proueniant. Per. Do secda. Stacio ad s mariam
Kyrie eleison miserere nostri. Christe eleison miserere nostri. Kyrie eleison miserere nostri. In Dominica. xl. dies
Ne quaesumus domine. quia sicut sunt ne unquam deficiant nobis. Inuia nostri libera nos deus israel ex omni
angustia nostra. Per. Ad te leuauj animam meam deus meus in te confido non erubescam. Oratio. Colla
Deus qui corporalia ieiunia uitiis extinguis. conferens augmentum uirtutum
et premium. Per. Ad tessalonicenses.
Fratres. Rogamus uos et obsecramus. in domino ihu ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporte-
at ambulare et placere deo sicut et ambulatis ut habundetis magis
Scitis enim quae precepta dederimus uobis per dominum ihm. Hec est enim uoluntas
dei sanctificatio uestra ut abstineatis uos a fornicatione ut sciat unusquisque
uestrum uas suum possidere in sanctificatione et honore non in passione desiderii
sicut gentes que ignorant deum. Et ne quis supergrediatur neque circumue-
niat in negotio fratrem suum. quoniam ultor est dominus de his omnibus sicut prediximus
uobis et testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immundiciam sed
in sanctificationem. In xpo ihu domino nostro. Gr. Tribulationes cordis mei dilata-
te. de necessitatibus meis eripe me domine. Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. Trac.
Confitemini domino quoniam bonum quoniam in seculum misericordia eius. Quis loquetur potentias domini. auditas faciet omnes laudes eius. Beatus qui custodit iudicium et faciens iustitiam in omni tempore. Memento